



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

II. Vxores viros suos leprosos, & viri vxores sequi debent, vel illis  
vuentibus continentiam seruare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI 1179. licere , nisi auctoritas episcoporum & consensus acceſſerit , in alios ſententiam promulgare.

CAP. V. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Cum aliqua cauſa , appellatione remota , committitur , & ſententia fertur iniqua , eam euacuari oportet , nec debet ei ſtari , ſi manifestam contineat iniquitatem .

DE LEPROSIS.

PARS  
XXXVII.

CAP. I. *Idem.*

**E**x transmissa conqueſtione R. clerici nobis innotuit , quod cum ecclesia de N. a monachis , ad quos ius illius ecclesiae ſpectare diuocitur , ei confeſſa fuifſet , tum temporis cum Vu. clericus , qui fuifſe lepra tactus perhibetur , eam poſſideret , timens ne ſimiliter eadem confeſſione , aliqua fieret innouatio , ad ſedem apostolicam appellauit , & ad nos nuntium ſuum destinauit . Quoniam igitur vniuersis Dei fidelibus , & his maxime qui clericali dediti ſunt officio , in suis iuſtitiis ad eſſe tenemur , diſcretioni veſtræ , &c. quatenus ſi vobis ita conſtiterit , præſcriptam eccleſiam præfato R. taliter confeſſam , & poſt appellationem ad nos factam ſuper eadem eccleſia , in ea inuenientis alium iuſtitutum , eo inde amoto , eam ipſam , omni contradictione & appellatione ceſſante , iam dicto R. faciat , dilatione poſtpoſita , affignari , non obſtantे quod eadem confeſſio facta fuerit tempore prædicti Vu. ſi ipſum prænominato morbo maniſtum fuerit laboraſſe . Testes vero , quos idem R. vobis nominabit , moneatis attentius , & inducere laboretiſ , vt amore iuſtitiae , testimonium perhibeant veritati .

CAP. II. *Idem.*

Peruenit ad nos , quod cum hi , qui lepræ morbum incurruunt , de conſuerudine generali a communione omnium ſeparentur , & extra ciuitates & villas ad loca ſolitaria transferantur , nec vxores viros , nec viri uxores ſuas taliter ægrotantes ſequantur , ſed ſine iipſis manere præſumant . Quoniam igitur , cum vir & vxor vna caro ſint , nec debeat alter ſine altero diutius eſſe : fraternitati tuæ , &c.

Qqqq iij

Anno  
Cor. 111  
175

32. quart. 4.  
Si vxorem.

quatenus si qui sunt in prouincia tua viri vel mulieres qui  
lepræ morbum incurront, vxores ut viros, viri ut vxores  
fuas sequantur, & eis coniugali affectione ministrent, so-  
licitis exhortationibus inducere laboreti. Si vero ad hoc  
induci non poterunt, eis arctius iniungatis, ut vterque al-  
tero viuente continentiam feruet: & si qui contra manda-  
tum nostrum venire præsumperint, eos contradictione &  
appellatione cessante, vinculo anathematis adstringas.

Sed hoc, vbi de locis habitatis expelluntur ad solita-  
ria: illud, vbi non. Vel hoc, quando tanta appetet macu-  
la, quod ex tactu timetur infectio: illud, quando non  
tanta.

CAP. III. *Idem Baionensi episcopo.**Math. 5.**1. Cor. 7.*

Quoniam ex multis auctoritatibus & præcipue ex euangeli-  
ca veritate appetet, nemini licere vxorem suam, exce-  
pta causa fornicationis, dimittere: constat quod siue mu-  
lier lepra percussa fuerit, siue graui aliqua infirmitate de-  
tenta, non est propterea a viro suo separanda. Leprosis  
autem, si se continere noluerint, & aliquam quæ sibi nu-  
bere velit, inueniant, liberum est eis ad matrimonium  
conuolare. Quod si virum siue vxorem diuino iudicio le-  
prosum fieri contigerit, & infirmus a fano carnale debitum  
exigat, generali præcepto Apostoli, quod exegerit, est sol-  
uendum, cuius præcepti nullam in hac causa inuenimus  
exceptionem.

CAP. IV. *Lucius III. Lincolnensi episcopo.*

Super eo vero quod quæsisti de rectoribus ecclesiarum, lepræ macula adeo infectis, quod altari nulla possunt  
ratione deseruire, neque sine magno scandalo illorum, qui  
adsunt, ingredi ecclesiæ: hoc tuam volumus fraternita-  
tem tenere, quod eis dandus est coadiutor, qui curam ha-  
beat animarum, & de facultatibus ecclesiæ ad sustentatio-  
nem suam congruam recipiat portionem.